



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Methodus Clara Et Facilis Vacandi Orationi mentali Atque  
Exercendi se cum fructu in præsentia Dei**

**Coloniæ Agrippinæ, 1687**

4. De vita ac virtutibus B. V. & Sanctoru[m]

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46004](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-46004)

ditata fuerit, uti decet, infallibiliter hosce persentiscet affectus.

1. Tenerimi, intimi, ac reverentissimi amoris erga Deum ac Dominum Salvatorem nostrum.

2. Sinceræ intimæque recognitionis illius doni inestimabilis.

3. Profundissimæ humiliationis atque abjectionis sui ipsius, cum tantus Deus tanta prævili creatura sua operetur mirabilia.

4. Affectuosissimæ adorationis filii Dei in sanctissimo Sacramento.

5. Laudis, admirationis, suspensionis, aliquæ innumeros sanctos affectus ex hoc sanctissimo atque ineffabili Sacramento, veluti è perenni scaturigine, promanantes.

Deinde producet quatuor istos affectus generales:

1. Actionis gratiarum pro tanto beneficio.

2. Propositi sese dignè semper præparandi ad sacram communionem.

3. Oblationis sui ipsius in vicem amoris.

4. Petitionis gratiæ ad habendos semper quæ fovendos conceptus & affectus, quos tantum prometeret mysterium.

Formulam hujusmodi actuum hic non damus, tum ut ingratam vitemus prolixitatem, tum etiam quia facile erit imitari formulas præcedentes.

#### 4. De Vita ac Virtutibus B.V.

& Sanctorum.

Postquam illorum virtutes, merita, gloriæ gradus, media, quibus illam sunt afferunt,

K 2

quo-

D  
e  
ratiōne

quomodo gratiis cooperati fuerint divinis, si miliaque consideraverimus, excitabimur.

1. Ad congaudendum de magna eorum felicitate.

2. Ad collaudandum Deum ob singulares, quas ipsis contulit, gratias, specialemque eorum electionem, ut in Ecclesia sua illos præcateris eximios efficeret.

3. Ad imploranda intercessionis eorum subsidia.

4. Ad imitandam virtutem, quæ amplius in ipsis reluxit, cujusque studium statui ac professioni nostræ amplius congruit.

Atque ad alios similes eliciendos affectus, quorum producentorum formulam omittimus, quia facile erit imitari præcedentes.

5. *De Regulis & Exercitiis  
Religionis.*

**C**onsiderando, illas esse ordinatas à Deo, contineri in illis media, quibus nos Deus vult salvare, maximi temper fuisse aestimatas, exactissimeque observatas à plurimis eximis nostri Ordinis Sanctis, qui earum observatio ne insignem sanctitatis apicem sunt consecuti, aliaque similia anima interius commovebitur.

1. Affectu existimationis ac magni respectus earum omnium in generali.

2. Gaudio, quod illas professa sit, quodque in iis medium inveniat infallibile pertinendi ad omninodam perfectionem & salutem.

3. Invicto proposito sollicitè ac fideliter observandi semper quamcumque earum, etiam miri-